

# RATIONE MODI JUS CANONICUM ALLEGANDI,

in antecessum observandum, *Textus*, qui ex DECRETO allegantur, per *Canones* esse allegandos; in DECRETALIBUS verò per *Capitula*. Hisce autem præsuppositis, jam singulæ *Partes* funt videndæ.

§. I. DISTINCTIONES igitur allegantur per majusculum D. vel *Dift.* subiectō numerō Distinctionum, E. gr. c. *Audite*, *Dift.* 34. id est, *Canon. Audite*, *Distinct.* 34. c. 14. *D.* 96. id est, *Can.* 14. *Distinct.* 96. In veteribus Libris, Canonis. verba initialia plerumque post Distinctionem demum ponuntur, ita: 76. *Distinct. Scire*, id est, *Can. Scire*, *Dift.* 76.

§. II. CAUSÆ allegari solent juxta numeros, & quidem per literam C. hoc modo, *C. Principatus*. C. I. Q. 1. id est, *Can. Principatus*. *Causa* 1. Q. 1. Vel etiam ita breviūs moderni Dd. allegant, c. 3. c. 12. q. 5. Ubi semper primum *C. Canonem*, secundum *C. Causam* denotat; Alii illi C. quod causam significat, literam a. addere solent ita: c. 36. ca. 17. Q. 4. Aliter adhuc allegant Doctores antiqui, qui illud C. quod causam significat, omittunt & Canonem citant verbo initiali, eidemque numerum subjiciunt, qui non est numerus Canonis, sed causæ. E. gr. c. *Aperte*. 24. q. 1. Hoc ita legendum: *Canone*, *Aperte*, *Vigesimā quartā*, (subintellige, *Causa*) *quest.* 1. quem Canonem moderni Doctores ita allegant, c. 36. c. 24. q. 1. Vel etiam haud raro Veteres Dd. allegant ponendō verba initialia Canonis, post quæstionem. E. gr. 7. q. 1. *Denique*, id est, *Can. denique*, *causa* 7. q. 1. item 14. qn. 5. *Dixit Dominus*, id est, *Can. Dixit Dominus*, *causa* 14. quæst. 5. Quales abbreviationes ita legendæ. E. gr. 9. q. 3. *Cuncta*. ita: *Nonā*, (id est *causa*) *quæst.* 3. *Cuncta*. id est, *Canone* ita incipiente. In evolutione autem primò quærenda Causa, pòst Quæstio, tertio demum Canon. Numerus autem Causæ & Quæstionis in superiore cujusvis paginae parte conspiciatur; Canonis numerus à latere quærendum.

§. III. Notandum autem in *Conf. XXXIII. Quæst. III.* inferi Tractatum de Pœnitentia, qui habet septem speciales Distinctiones, & ita allegari solet, è *C. Pernicose*. de Pœnit. *Distinct.* 1. quod in *Causa* 33. *quest.* 3. quærendum; vel ut Veteres allegant, de Pœn. *Dift.* 1. *Homicidiorum*, id est, *Can. Homicidiorum*, de Pœnit. *Dift.* 1.

§. IV. DE CONSECRATIONE Tractatio specialis subiecta est post absolutas causas, & continet Distinctiones quinque, & ita allegatur, c. *Triforme*, de *Consecrat.* *Distinct.* 2. sive, quod idem est, c. 22. de *Consecr.* D. 2. id est, *Canone* 22. de *Consecrat.* *Distinct.* 2. Veteres breviūs allegant hác ratione, de *Con.* D. 4. *Postquam*, id est, *Can. Postquam*. de *Consecrat.* *Distinct.* 4. vel ita: de *Conf.* D. 3. *Nosse*, id est, *Can. Nosse*. de *Consecrat.* *dift.* 3.

Huic tractatui subjiciuntur CANONES POENITENTIALES, ET CANONES APOSTOLICI, qui ita allegantur, *Can. Pœnitential.* 14. *Can. Apostol.* 32.

## De Modo allegandi Jura.

§. V. DECRETALES apud DD. communiter allegantur, per X. seu x, quod significat *Extra*; Extra verò propterea allegantur, ut intelligatur, esse illud Capitulum *extra Decretum*, vid. Dn. Gerh. de Mastricht *Hist. Jur. Eccles.* §. 327. Veteres Doctores Decretum allegarunt per vocem *Supra*, innuentes post Gratianum volumen, aliam collectionem adiectam supervenisse. D. Strauch *Amoen. Jur. Can. Sem. I. Eccl. I. cap. I.* Textus verò in Decretalibus per c. id est *Capitula*, citantur. E. gr. C. *Quotiens. X. de Paet.* Hic querendus in Indice Decretalium, *Titulus de Paetis*, quo libro ille habeatur, & titulō inventō querendum in eo *Cap. incipiens Quotiens.* Libri enim & Tituli numerus hic perindè non allegantur, prout in Jure Civili. Moderni Dd. ita allegant c. 6. X. *de Decim.* id est, *Capit. 6. Extra, de Decinis.* Veteres verò Dd. literam X. plerumque solent omittere, & post titulum demum ponere verbum initiale capituli. E. gr. *de Sponsal. Ex parte*, id est, c. *Ex parte. X. de Sponsal.* Alii verò ita: *extr. de Simon. Nobis.* id est, c. *Nobis. X. de Simonia.*

§. VI. SEXTUS DECRETALIUM perindè allegatur, ut de Decretalibus dictum; differentiæ tamen causā, si ex *Sexto* titulus allegetur, addi solet in 6. vel lib. 6. litera verò X. tunc solet omitti. E. gr. C. *Gratia. de Rescript.* in 6. vel c. 2. *de Prebend.* lib. 6. Vel juxta veteres ita: *de Elect. Quanquam.* lib. 6. id est, C. *Quanquam. de Elect.* in 6.

§. VII. CLEMENTINÆ Constitutiones non per capitula allegantur, sed verbo Constitutionis initiali præmittitur *Clem.* vel *Cl.* E. gr. *Clem. Multorum. de Pæn.* id est, *Clementina, Multorum, de Pænis*, qui titulus in Indice titulorum querendus. Vel juxta veteres, *de Sepult. Dudum, in Cle.* id est, *sub titulo de Sepulturis, Constitutio incipiens, Dudum, in Clementinis*, sive quod idem hodiè est, *Cl. 2. de Sepult.* id est, *Clementin. 2. de Sepultur.*

§. VIII. EXTRAVAGANTES quoque allegantur per Rubricas, nomen verò capituli omittitur, & ejus loco additur *Extrav.* E. gr. *Extravagante, Dierum. de Pæn.* Sed quia Extravagantes sunt duplices, *aliae Johannis XXII. aliae* verò communes, ad confusionem vitandam, *illas simpliciter sub nomine extravagantium intelligimus, has* verò allegamus *Extrav. Comm.* E. gr. *Extrav. Comm. Etsi. de injur. Et dam. dat.* Vel juxta veteres Dd. *Extrav. comm. de injur. Etsi.*

§. IX. SEPTIMUS DECRETALIUM LIBER, qui noviter Corpori Juris Canonici accessit, à modernis Dd. interdum & Historicis allegari solet. Allegandi tamen ratio eadem est, quæ in *Sexto Decretalium*, nisi quòd pro 6. hic ponatur 7. E. gr. C. *Nullis. de Offic. Legat.* in 7. vel in alio exemplo c. 4. *de For. Compet.* in 7. c. 1. *de Vot.* lib. 7.

§. X. INSTITUTIONES JURIS CANONICI LANCELLOTTI rariùs ob defectum auctoritatis allegantur, & in illis interdum numerus Libri & Tituli additur, interdum non. E. gr. c. *Non tamen. Inst. Lancell.* Lib. 2. t. 19. vel etiam eundem textum ita allegant, c. *Non tamen, Inst. Lanc.* de *Union. Eccles.*

Vid. Hoppii *Commentationem ad Institutiones, in Præcognitis Juris universi.*  
Cap. IX. §. 7. usque ad finem.

GRE